






VIII
PENESTE
DE ROMAN
MAGISTRA
11
K6
11
S. L.
ET A.











FENESTELLA DE ROMANORVM MAGISTRATIBVS INCIPIT.

OMnium deorum quos uetus romanoꝝ religio excoluit: Primo pani lyceo seu faunum illum: potius siluanum uocari placet: ꝑ Lupercos rem diuinam Lupercalesque ludos fecisse apud uetustatis assertores constat. Ea quidem sacrorum genera ab Euandro rege: qui ex arcadia profugus ī eum locum uenerat qui tandem romanę prefuit arci: ad nostros primum delata ac celebrata fuisse feruntur. Hūc pana nudos pastores: quoꝝ tūc p̄cipuū numen fuit: ac denique summos etiam uiros uenerari mos fuit: loraque pro manibus ferre quibus obuios quosque cęderent: laruisq; tectas facies portare. Cur autem nudi hunc deū colerent: pleraq; e curriculo uetustatis adnos usq; de lapsa referuntur. Siue enim quod ipsi deo qui aliquis fingitur suę celeritati eo pacto longe aptior nudos etiam habere ministros placeat siue qui archades omnium populorū qui gręciam coluerunt longe uetustissimi: feris adhuc similem uitam siluis ac montibus agentes legis expertes. artisq; primo hunc deum uenerati primum cultum: auitosq; nudos habitus signantes referre uoluerunt haud sa

a



tis constat. Nõnulli uero Iolem uxorem Her
culis ab hoc Fauno musam ac per ardorẽ libi
dinis concupitã asserunt. Forte enim ꝑ siluas
et amœna nemorũ ęstus leuandi eam una cũ
dilectissima cõiuge Hercules uagabat᷑. Videt
ergo elegãtissima forma mulierem ab alta ru
pis specula senes deus. Ergo illorũ uestigia e-
minus licet obseruare ĩstituit. Illi antꝛ per sil-
uas ducenda nocti aptissimũ petunt. Interea
mulier dum quiescendi tẽpus aduenit: pellem
leonis Herculis ritu de more aptat humeris
claua etiã illius manu assumpta Tali habitu p̄
dictã somnus ĩgreditur. Erant aut duo parati
cõiugibus lecti eo quod postridie libero patri
rem diuinam facturi erant seorsum cubituris
Noctu ergo Siluanus fallẽdi custodis occasio
nẽ nactus clã thalamũ ĩgreditur primoq; cõ-
gressu fortunatus futurus puellę torum tenet
mãuq; tentãs: ut noctu fit horridũ tegmẽ leo
nis ĩuenit: Ratus ergo cubare ibi Herculẽ ad
aliud cubile ire ꝑgit. Quod cum sensisset mo
libus stratũ puerilibusq; deliciis aptius stragu
la ueste sensim amota dũ libidine arderis ma
nu palpat Herculem: ac uix dum hirti corpo-
ris horrorem hauserat: et experrectus Hercu
les manu reiectum toto antro fusum iaculat.
Quo ꝑ strepitu somno puella discussa lumĩa

accersit: lumie ergo Siluano prodito lusus ac semiruptus uix attollens humo humeros isil uas detrusus est. Ea ergo ratione ppetuo exe-cratis uestibs quibus tam turpiter lusus esset: easdē suis a sacris procul abfore cōstituit. Ple riq; illud huiusce rei causa assignabāt Romu lo quod eadem sacra celebrante: medioq; so lis ardore corpus de more exercente cū nun tiatū fuisset latrones prędas agere: ita ut erat nudus accurrit cōprehēsisq; prędatoribus pe cora abacta redemit eius facinoris quod nu-dus gesserat ppetuum argumentum corporū ea sacra celebrātium nuditatem esse placuit: Vtcunque se se res hūerit: itempora tantum usq; C. Iulii huiuscemodi obseruationem per uenisse constat. Ea enim sacra cum sedēs Cę-sar dictator spectaret: atq; inter eos qui solē-nia celebrarēt curreret M. antonius is qui po stea triumuir fuit: aiunt lauream coronam cui diadema ānexum esset capiti Cęsaris iponer conatum fuisse: quod cum Cęsar amoto capi-te reiecisset: statue ipsius cunctis frementib9 imposuisse. De nomine uero lupercalium nō etiam satis conuenit: plęrisque enim inditum hoc nomen quod huius inuocatione lupi a sta bulis arceserentur uisum est: alii templum ip-sum in quo hic deus colitur lupercal uocant.

Quocirca Virglius et gelida inquit monstrat subrupe lupcal. Eique loca a lupa Romuli nutrice: quod eo ĩ loco Romulum Remum que paruulos educare reperta sit factum nomẽ lupercalis putant. Nec desunt qui alyc̨eo arcadię monte. ubi pręcipue ea religio peruiguit eum quem nos lupum illi lycon euocant. lupercal ipsum cognominatum esse arbitrentur. p̄cipuam uero huic deo dicatis que ei sacerdotibus uenerationem ea exparte tributam ferũt quod que mulieres ex suis uiris: uel concipere uel conceptos foetus edere nequirent ad lupcos confugiebant: quę ubi loris extergore hirci sectis cęse fuissent euestigio grauidę aut effoete efficiebantur. hęc solemnia. xv. Kalendas februarias celebrari ut Ouidius fastorum libris refert moris fuit.

¶ De poticiis et pinariis herculis sacerdotib9

EAdem tempestate Euandro scilicet palatinum tenente Herculem Geryone ĩterempto per eadem loca mira specie boũ armenta ab egisse commemorant: ac cum prope thyberim fluuium qua pręse se armentum ferẽs traiecisset loco herbido ubi reficeret boues ipseq3 itinere defessus ꝓcubuisset. eundẽ. uino cibo que grauatũ sopor oppresisset. Cacus pastor loci accola uirib9 ferox captus pul

chritudine boum prędam aduertere instituit ac ne si eam prędā agendo ĩspeluncā compu lisset uestigia ipsa eo quęrētem dominū ducē rent. aduersos eximiū quēque pulchritudine ĩ speluncā traxit. At uero hercules adprimā au roram somno excitus cum gregē plustrasset oculis partēque abesse numero sētiret pergit adproximā speluncam si forte eo uestigia fer rent: qua ubi ōnia foras uersa uidet nec inpar tem aliā ferre: confusus atq3 ĩcertus animi ex infesto loco agere porro armentum cœpit. In de cum actę boues forte ut fit ad desideriū re lictarum mugissent reddita inclusarū expelū- ca boum uox Herculē couertit. quē cum uadē tem ad speluncam Cacus ui prohibere cona- tus esset: ictus clara fidē pastoꝝ ne quicq̄ ĩuo cans morte occubuit. Euander qui tūc tempo ris ea ex polopōneso ꝓfugus auctoritate ma gis q̄ imperio regebat loca uenerabilis uir mi raculo litterarum ręi nouę ĩter rudes artiū ho mines uenerabilior diuinitate credita matris Carmentę quā fatilo quā ante Sibylle ĩ italiā aduentum miratę gentes fuerant cōcursu pa storum trepidātiū circa aduenā manifestę cę dis rem excitus postquā facinus facinorisq3 causam audiuit: habitū formamq3 uiri aliquā to ampliorem augustioremq3 quam humanū

intuens: rogitat qui uir esset: Vbi nomen patremq; ac patriam audiuit: Ioue nate Hercules salue inquit. Te mihi mater ueridica interpres deum aucturum cęlestiũ numerum cecinit: tibiq; aram hic dicatum iri: quam opulentissima olim in terris gens maximã uocet. tuoq; ritu colat. Dextra hercules data acciperẽ se omem impleturumq; se fata ara cõdita ac dicate ait. Ibi dum primum boue eximia capta de grege sacrum potitiis ac pinariis: quę tum familię maximę inclitę ea tenebãt loca dedit: factũ forte ita euenit: Vt potitii: ut ait Liuius ad tempus pręsto esset hisq; extra apponerẽtur. pinarii extis adesis ad cęterã uenirent dapem. Inde institutũ mansit donec pinariũ genus fuit ne extis eo solẽnium uescerentur. Potitii ab Euandro edocti ãtistites per multas ętates eius sacris pręfuerunt: donec tradito seruis publicis solẽni familię ministerio potitiorũ ac pinariorum omne genus perit: Id enĩ Appius Claudius cum esset cẽsor effecit hisce familię infensus: ob idque ira deorum ut creditur luminibus orbatus est.

¶ De sacerdotio fratrũ arualium.

FRatres aruales ut fruges ferrẽt arua ueteres cõcoluisse romanos memorię traditum est: hui9 uero religiõis Romulũ ipsum

patrem urbis auctorē extitisse reperio. Nam cū Acca laurētia nutrix Romuli corporē suo quę stum in uulgus faceret: eoq3 pacto grandē pe cuniā cōstipasset: ex duobusq3 liberis quos su sceperat unum morte amisisset: Romulū īde mortui locum adoptionis iure substituisset: de cedens tandem populū romanum īstituit hę redem: cuius tandē liberalitatis regięq3 affini tatis memor populus romanus mulieris nom̄ īfactis retulit liberos fratres aruales asserēdo et ab aruis apellauit ex quo tempore sacerdo tium mansit fratrū arualium. hiq3 duodecim numero fuisse dicūtur eiq3 sacerdotio insigne tribuit albas infulas et spiceam coronam.

¶ De Auguribus

EOdem ferme tēpore et disciplina & re ligio augurandi ex etruscis penes quos ea disciplina pręcipua ac lōge peculiaris fuit ad romanos cōmigrauit. Virum enim quēpi am cui9 nomē uetustate obsoleuisse Naso po eta ait: asyli ut reor alliciente inductione exu lem ex etruria romam uenisse phibent: cuius opa Romulū Remumq3 usos cū de inponen do urbi noīe una cōtēderēt opinione ducor. Quāq̄ M. Cicero ī his libris quos īscripsit de diuinatione etiā ipsum romulū istā ipsam au guralem disciplinan percaluisse asserit a Nū

ma uero qui Romulo successit ꝑpetuū sacer-
dotii insigne constitutū est. De ritu uero ī au
gurandi si unū ī casum plęraqꝫ eduxero: eadē
ad omnes cęteros facile referri poterunt. Ea
quidem quātum ex ueteꝝ monumentis col-
legi huiuscemodi fuit obseruatio. Augur ī ar
cem siue in editum quendā locum ad inaugu
randū debebat sedere super lapidē meridiem
uersus: atqꝫ ad leuam. sedens baculū in manu
recuruum quod lituum uocant tenet: inde ubi
prospectu in urbem agrumqꝫ capto deos pre
catus regiones ab oriente ad occasum deter-
minat: dextras ad meridiem: leuas adseptem
trionē partes esse dicit: signum quod cōtra o-
culi conspectum longissime ferunt animo de
finit. tum lituo in leuam trāslato dextra in ca
put eius qui in auguratur posita. ita pręcatur
Iupiter pater si fas hunc Numā pompiliū cu
ius ego caput teneo regē romę esse: uti nobis
signa certa ac clara sint ītra eos fines quos fe
ci. tum peragit uerbis auspicia quę mitti uelit
quibus missis Numa detemplo ita. n. designa
tas lituo ętereas regiones uocanti declaratus
rex descendit. Quamquidem declarandi seu
in augurādi regis formulam adcętera. quoqꝫ
ut dixi trahi facile licet: Huic disciplinę periti
a Accionaui auguris per multum fidei aucto-

dextra. et si
nistra.

ritatisq; accessit. Nam cũ priscus Tarquinus aliqua pręter maiorum instituta in augurato mutare plęraq; etiam de nouo cõdere perge-ret negare Accionauus inclytus ea tempesta te augur in auspicato ea fieri oportere. Quar̃ ira regi mota ludens artem ut ferunt. Agen-dum inqt diuine ĩ augura fieri ne possit quod ego nunc mente concipio: cum ille inaugurio rem expertus fieri posse dixisset. Atqui hoc a nimo agitaui inquit nouacula cotem discissu rum. Cape ergo hoc et perage quod aues tuę fieri posse portendunt: Tum illum inconctã-ter discidisse cotem ferunt: statuamq; Accio-naui capite uelato quo in loco res acta est ĩco mitio in ipsis gradibus ad leuam positam fu-isse: cotemq; eandem cum illa ipsa nouacula in manibus posita: ut eius rei etiam apud po-steros monumẽtum existeret. Auguriis ergo sacerdotioq; augurum: ut ait Liuius etiã quę in libris de diuinatione Cicero tantum aucto ritatis uenerati õis: ut nihil domi foris que po stea nisi auspicato gerentur: et ad sapiẽtię no tabilisq; primarios quousq; id sacerdotiũ de-ferretur: & cum Tiberius Gracchus pater Ti berii. et C Gracchurum comina cõsularia ha buisset: dicerentq; etrusci auguces rem in au-gurio experti uitio consules creatos esse. Grac

chusque ut ineptos insanosque etruscos in-
cesseret abiens in prouinciã senatui rescripsit
ueridicos nõ autem insanos etruscos esse qui
consulares p̃sentes uitio a se creatos dicerent
Nam cũ se collegisset meminissetq́ se locum
tabernaculo extra pomœrium pręter maiorũ
cõsuetudinẽ delegisse: quãobrem abdicare se
cõsolatui cõpulsi sunt. Vt aũt ueneratio huic
ordini auctoritasq́ ita et numerus ipse adeo
creuit: ut collegiũ augurũ coleretur. Nã cũ ab
initio tres tm̃ creari cœpissent extrib9 scilicet
tribubus rhannẽsiũ Ticiensium et lucerum&
obtinuisset cũ mutaret̃ numerus ĩpari tamen
numero creari: Vt cunq́ tandẽ id fieret quat
tuor numero preter maiorũ consuetudinem
creari cœpti sunt. Tandem cum plebs quorũ
libet honorum partẽ suam in senatu et ĩ foro
nacta esset: per tribunos egit ut ad sacerdotia
quoq́ uelut ad cętera cursus aperirentur. Id
que post multa certamina uariasq́ seditiões
obtinuit: ut ad quattuor scilicet patricios quĩ-
que ex plebe adiicerẽtur: factũq́ hoc fuit. M.
Valerio et. Q. apuleio consulibus.

¶ De flamine diali

FLaminem dialẽ primus Numapompili
us romę rex creauit cũ antea reges põ-
tificũ regumq́ promiscue munera obirent ut

de priamo et Aenea apud Virgiliũ cernim9
Rex etiã. Annuis. Vt idem poeta ait rex idẽ
hominum phœbiq3 sacerdos fuit. Idq3 etiã et
a minoribus tantũ ut a. C. Cęsare Diuo augu-
sto multisq3 deĩceps principib9 quos pontifi-
catus maximi titulis ĩsignitos uidem9 obser-
uatũ est. Cęte℞ Numa plures ĩ urbe Romulo
q̃ sibi similes reges fore ratus: qui relicta reli-
gionis cura bellorũ poti9 negociis destinerẽ-
tur sacerdotes quos appellauit flamĩes qui rei
diuinę iugiter adiecti essent multis deorũ alli
gauit. flaminẽ unum Ioui. quem dialẽ uocant
Marti duos Quirino unũ. dictus autẽ flamen
dialis est: Vt varro ait quod in latio capite ue
lato erat. et caput fillo lane pręcĩctũ habebat
a quo flamẽ appellabatur. Dialis autẽ a Dione
quod est iuuans deus. Cęteri flamines eius cu
i pręsident numini decorantur titulis hũc di-
alem presertim insigni ueste curulique sella a
dornauit hic solus ut varro ait albũ habet ga
le℞: uel eo quod maximus est: uel quod Ioui ĩ
molatio alba hostia fieri oporteat: pleraq3 eti
ã huic põtificio iure iure tributa sũt. A. Geli9
in cõmentariis noctiũ atticarum scriptum re
liquit. Equo enim uehi flaminem est religio.
Item iurare dialem fas nunquam est. ignem
et flammã nisi ubi sacrũ est efferri ius nõ est.

Vinctum si ędes eius introierit solui necessa-
riũ est: et uincula per ĩpluuium in tegulas sub
duci atq3 inde foras mitti debent: nodũ inapi
ce neq3 incinctu: neque ĩ alia parte Vllũ ha-
bet. Siquis ad ṽberandũ ducatur si adpedes e
ius supplex decubuerit eo die uerberari piacu
lum est: Capillum dialis nisi q liber homo est
nõ detonset. capram et carnem ĩcoctã et he-
derã et fabã neque tangeř diali mos est neq3
nominare. Propagines e uitibus alti9 prętẽtis
non succidet. pedes lecti in quo cubat luto te-
nui circumlitos esse oportet et ĩ eo lecto cuba
re aliquem fas non est. Vngues dialis & capil
lorum presagmina subter arborem ilicem ter
ra operiũtur: neque ad eius lecti fulcrum cap
sam esse cum strue atque ferro fas est. dialis
quotidie festalis est sine apice. Sub diuo autẽ
esse licitum non est sub tecto utiliter etiam a-
pontificibus constitutũ: farinam fermẽto im-
butam attingere fas non est: neque tunicã in
timam nisi in locis tectis exuisse: sub cęlo tãq̃
sub oculis Iouis nudus ne sit. in conuiuio eius
haud qsq̃ nisi rex sacrificulus accubabit. ma-
trimonium flaminis nisi morte dirimi nõ est
fas: locum ubi bustũ sit nunq̃ ingreditur. Hos
flamines cum ab initio consecrantur captos
duci a patribus uelut ab hostibus mos fuit.

Totidem uero flaminibus quot deos colerēt usos ueteres. M. Varro in his libris: quos in scripsit ō origine ligūę latine testis est: ut dialem Martialem quirinalem. Vulcanalē furnialem et falacrum et pręterea q̄ plures. Quī ut nostrum in ter sacerdotum gradus non nihil ītereſt: ut episcopum archiepiscopum: cardinalē patriarchā et metrapolitanū Ita apud illos flaminū Protoflaminum et archiflaminum differentiam fuisse idonei testes sunt.

¶ De uestalibus uirginibus

Uestalis originem cultus quemadmodū pleraq3 omnia Numma Pompilius ītulit et si eius initia usq3 adeo uetera sunt: ut ex troianis adalbanos Aenea duce longe cōmigrauerīt: cuius rei meminit Virgilius his uersibus. Sic ait et manibus uittas uestamq3 potētem. ęternūq3 adytis effert penetralib9 ignē. Deę huic restę quam terram esse eandemq3 deorum matrem uolebant: ꝑpetuo uigil ignis consecrari solebat: eius obseruationi ac cultui plereq3 uirgines e primoribus patrum ellecte pręfici. Quarum negligentia si forte sanctus ignis extīctus esset flagris a pōtifice maximo cędi uidebantur. ut a. P. licinio crasso pontifice maximo ī eam quę negligentius ignem custodierat Valerius scriptum reliquit. Incesti

uero crimine dãnatam uiuã subfodi institutũ est: Virginẽ Vestalẽ ut labeo Antistius scrip sit minorẽ quã sex ãnis maiorẽ quam ãnis decẽ natã negauerũt: capi fas est. Itẽ quę nõ prima et matrĩa et quę lĩgua debili sensuq3 auriũ dimĩuta esset: alia neq3 corporis labe ĩsignita sit. Itẽ cuius parẽtes alter ãboue seruitutem seruiuerĩt: aut ĩ negotiis sordidis ṽsantur: Eamue cuius soror ad id sacerdotiũ lecta sit excusationẽ mereri aiũt. Itẽ cui9 pater flamẽ uł augur aut q decemuir sacris faciũdis: aut qui septẽuir epulonũ aut alius est. Spõsę quoq3 põtificis et regis sacrorũ filię uacatio a sacerdotio isto tribui solet: neq3 eius legendã filiã qui domiciliũ in italia nõ haberet cõstitutũ est: ut Capito athenis reliquit scriptũ et excusandã eius qui liberos tres haberet. Itẽ edicto pretoris uirginẽ uestalem dialemue iurare nõ cogi sepe rescriptum est. Verba pretoris hec sunt. Virginẽ uestalem et flamineã dialẽ ait pretor in õni mea iuris dictione iurare non cogã. De eligẽda aũt ṽgine uestali hec obseruata sunt. Lege papia cautum est: ut arbitratu põtificis maximi uigĩti e populo uirgines legerentur: sortitioq3 ex hoc numero fieret incontione. Ceterum inquit ea lex uetustate ut plereq3 ali ę exoleuit. satisq3 ei lectioni fieri cœptum est:

ſiquis honeſto loco natus Pontificem maxi-
mum adeat offeratq3 ei ad ſacerdotium filiã
cuius dum taxat ſaluis regionis obſeruationi-
bus ratio haberi poſſit. Gratiam enim papię
legis per ſenatum fieri aiunt: hanc uirginem
a põtifice maximo capi uelut ab hoſtibus mo
ris fuit. Verba autem quibus tunc pontifex u
titur hęc ſunt. Sacerdotem ueſtalem ſacra fa
cere quę iuſſi pro. P. R. Quiritibuſq; uti opti-
ma lege fuit ita te Amata capio Amatę enim
nomine appellari omnes cõſueuerunt. Quot
ea quę prima capta eſt a Numma rege fuiſſe
hoc nomīe perhibeatur: ſimulatq3 igitur cap
ta atq3 in arce. Veſtę de ducta eſt illico ſine e
mancipationis ac capitis diminutione exit pa
triam poteſtatem et ius teſtamenti faciundi a
dipiſcitur. Incõmentariis autē labeonis quos
ſupra duodecim tabulas compoſuit ita ſcrip-
tum reperitur. Virgo ueſtalis neq3 hęres eſt
cuiq̃ inteſtato: neque inteſtate quiſq̃. ſed bo-
na eius tum redigi in publicum aiũt.

¶ De ſaliis Marti dicatis.

INter cętera ſacrorum inſtituta genera a
Numa rege: apoſteris etiam in honorem
habita id quid haud in minoribus fuit: quod
Marti ſcilicet Gradiuo uouit: duodecim e-
nim ad hęc uiros legit quos a ſolemni ſaltu.

Quo in sacris utebantur salios appellauit. his alios. xii. Tullus hostilius mox adiecit cũ romanis in aciem contra fidenates eductis. albani a romanis per speciem ꝓditionis duce Metio defecere. Datum autem his supra tunichã insigne aheneum pectori tegmen cęlestiaq; arma quę uocantur ancyla portare: ac per urbem canentes carina cum tripudiis solemniq; saltu incedere. Institutumq; ut in fine omnium carminun suorum Mamurium appellarent. Hunc Mamurium ĩclitum ea tempestate fabrum fuisse et cũ ancyle cęlo lapsum est Numa Pompilio quiritibusq; rem diuinam agẽtibus: huic Mamurio negotium datum cõplura huius similia ancylia effingendi tradũt quod quidem opus cum ille exquisitissima arte absoluisset: optionem utrum a se uellet postulari artifici Numam obtulisse quod ex eo peteretur nam exhibiturum uero. artificẽ nõ pecuniã sed gloriã pro mercede petiisse quod eius nomen a saliis in finem quorumlibet carminum recitaretur. Idq; per multa tempora in sacris et comitiis: ut ait Liuius obseruatum est. Eo autem huius ordinis sacerdotum numerum creuisse: ut ad collegium et collegii sacerdotum magistratum redactum fuerit.

¶ De collegio pontificũ et põtifice maximo.

Pontifices ut pleraq; alia sacerdotia ab ipso Numa ortos apud Liuium satis cõstat eisdem diu preterq̃ a patribus creari non licuit. Fuerũt autem ab initio hi numerũ quattuor. Postq̃ uero Maximorũ quorũcumq; hominum partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit: ad sacerdotia quoq; sacro sanctasq; ponates patere sibi aditum uoluit. Quattuor ergo alios creari ex plebe pontifices placuit. M. Valerio. et. Q. Apuleio consulibus omnibus unus prefectus fuerat a Numa Pompilio. isq; pontifex maximus appellabatur. Hic habet ex se sacra omnia exscripta exignataq;: q bus hostiis quibus diebus ad quę templa sacra fieri deberent eiusmodiq; diuinis in rebus unde erogandę pecunię sumptus fieri debeat cure pontifici est. Cęteraq; omnia sacra publica priuataq; sacris pontificis snbiecta sunt. Cum uero de religione de sacris dissensio est populus illum consulere pergit per utile illud fore ratus est Pompilius eius sacerdotii auctor ne ius diuinum negligendo patrios ritus peregrinosq; asciscẽdo turbaretur. Nec cęlestes modo ceremonias ducere: sed iusta quoq; funebria placando quę manes eiusdem pontificis erat. Apud eum quoq; tabula esse dicitur in qua solis et lune defectus quotiens lumini ca

ligo fit. et ãni mẽsiũq; et fastorũ ratio pspicit.
Pontifex ut Varro ait. Q. Mutius Scęuola a posse et facere appellatum esse dicere solebat sed ea denominatio a. M. uarrone haud satis probari uidetur. Nam et a põte & a facio poti9 appellatos putat: eo quod ab his primũ pons sublici9 factus ac sępe restitutus esse phibeat.

¶ De fœcialis sacerdotio

FOecialis sacerdotii nusq̃ apud romãos uetustiorem usum fuisse q̃ Tullo hostilio romę regnãte reperi: quẽ tamẽ ut Hostilio creatũ nõ affirmauerĩ: Ita ne quidẽ negauerĩ a Numa pompilio omniũ religiosissimo rege creari potuisse utcũq; tandẽ fuerit de nomine priusq̃ de. M. valerio fœciali regnante Tullo hostilio apud Liuium mẽtio est. fœcialis uero partes ĩ eo ṽsabantur maxĩe: ut fidei publicę ĩter populos pẽesset: neq; iustũ aliud bellũ fore cẽsebatur: nisi id p fœcialẽ fuisset indictũ: cũ uero pugnare desitũ est. fœderĩ fides pacis cõstituebatur: quę fœdera aliqñ fidera appellata ab Ennio: quod fidei faciũdę causa ĩtroducta sunt. M. varro testis est: fœcialẽq; ipsũ a fide et faciendo dictũ esse idẽ existimat. Forma uero feriẽdi p fœcialẽ fœderis huiuscemodi ẽ qua nulla ut liuio placet uetustior esse memoratur. Fœcialis ĩquid regẽ Tullũ ita rogauit.

d

Iubes ne me rex cũ patre patrato populi alba
ni fœdus ferire? Iubẽte rege Gramina inqt te
rex posco: rex ait pura tollito: fœcialis gramis
herbã purã attulit: postea regẽ ita rogat. Rex
facis ne tu me regiũ nuntiũ. P. romani Quiri
tũ? Rex respõdet: quod sine fraude mea Qui
ritũue fiat facio. Fit ergo tũc fœdus: multisq;
id v̄bis peragit legibus ĩde recitatis. Audi in-
qt Iupiter. Audi pater patrate populi albani:
audi popule albane: audi ut illa palã prima po
stremaue ex illis tabulis ceraue recitata sũt si
ne dolo malo: utiq; ea hodie rectissime ĩtellec
ta sũt: illis legibus populi romani prior nõ de
ficiet: si ŏfecerit publico cõsilio: dolo malo: tu
illo die Iupiter ita. P. R. ferito ut ego hũc por
cũ hodie feriã. Tantoq; magis ferito: qͣto ma
gis potes solesq;. Id ubi dixit porcũ saxo silice
pcutit. Eodem modo ps altera p suos sacerdo
tes suũq; dictatorẽ pagit. Cum aũt bellũ p fœ
ciales inducunt hoc more utũtur Fœcialis ha
stam ferratam preustã aut sanguineã ad fines
eorum quibus bellum ĩdicit defert. nec minus
puberibus tribus p̄sentibus hec adiecit. Quod
populi priscorum latinorũ hominesue prisci
latini aduersum populum. R. quiritum fece-
runt: deliqueruntque populi. R. bellum cum
latinis priscis fieret ab eã rem ego. Po. q; ro.

populus priſcorum latinorum hominib9q3 latinis bellum indico facioq3. Id ubi dixit haſtã infines eorum emittit: ex quo bellum eſſe ĩtelligitur. ℂ De patris patratis ſacerdotio

PAtriſpatrati ſacerdotium et ſi apud Liuium a fœciali haud differre uidetur aliquando etiam longe abfuiſſe apparet: tamen et nomen iſtius illiuſq3 atq3 offitium nõ nihil intereſſe uideãtur utiq3 de utroq3 ſeorſum dicere uiſum eſt: ut cũq3 eſſet his deſcriptis nõ certe offiria ĩmutauerim ſed partes plures dũtaxat aſcripſerim. patriſpatrati uſus eadẽ tẽpore quo fœcialis apud romanos prodit: nam et inferiendis a fœciali fœderibus patriſpatrati opera auctoritaſq3 exigebatur. Ad patrandum enim ideſt ſanciendum iuramẽtum. Vbi de fœderibus conuerat admitti conſueuerę creauit autem. M. Valerius primus fœcialis. Sp. fuſium primum patrempatratum eo bello quod Tullus Hoſtilius cum priſcis latinis geſſit. Verbẽna cap̃ capilloſq3 cingens: alias prętera partes: ablata ſcilicet ab hoſtibus repetendi patripatrato dedit. Ancus Martius eum morem ab antiquiſſima. equiculorum gẽte repetens eius rei formula antiquiſſima eſt huiuſcemodi legatus idemq3 paterpatratus ubi ab fines eorum uenit unde res repetuntur

capite uelato.filo aũt lane uellamen eſt:Audi
Iupiter inquit Audite fines cuiuſcũq3 ſint gẽ-
tis. Numĩa audiãt fas:ego ſum publicus nun
tius populi romani iuſte pieq3 locatus uenio.
verbis meis fides ſit peragit deinde poſtulata
Inde Iouem teſtem facit.Si ego iniuſte impie
q3 illos homĩes illas res dedere populo.R.mi
hiq3 expoſco tum tu patrię compotẽ nonq̃ ſi
nas eſſe:hęc cũ fines hęc quicunq3 ei primus
uir obuius fuerit:hęc portã ĩgrediẽs: hęc forũ
ĩgreſſus:ſi nõ dedũtur quę expoſcit dieb9 tri-
bus et trigĩta tot.n.ſolẽnes ſunt ꝑ actis ita bel
lũ indicit Audi Iupiter et tu Iuno Quirine:di
iq3 õnes celeſtes:uoſq3 terreſtres uoſq3 infer-
ni audite:ego uos teſtor.Populũ illum quicũ
que eſt:nominat:iniuſtũ eſſe:neq3 ius ꝑſolue
re:ſed iſtis rebus ĩ patria maiores natu conſu
lemus quo pacto ius ñoſtrũ adipiſcamur cum
his nũtiis adcõſulendũ romã uenit confeſtim
rex dictator:cõſul ſiue quis alius ſenatum ha-
buerit ex his ferme patres cõſulit uerbis qua-
rum rerum litium cauſarum cõduxit paterpa-
tratus.P.R.Quiritum patripatrato priſcorũ
latinorum hominibus uel priſcis latinis:quas
res nec dederunt nec fecerunt nec ſoluerunt
quas res dari fieri ſolui oportuit:Dic inquit&
quem primum ſententiam rogat quid cẽſes:

Tum ille puro pioq; duello quęrēdas censeo. Itaq; consentō consiscoq;. Inde alii ordīe rogantur quandoq; pars maior eorum qui aderant in eadē sententiā ibant. Bellum erat consensu fieri solitū Vt fœcialis iactu hastę ut dictū est bellum indicere.

¶ De rege sacrorum.

Ex sacrorum qui idem sacrificulus dicitur creari cœpt9 Iunio Bruto et. M. valerio primis consulibus. Eius creandi occasionem dedit quod cum nup exactis regibus plęraq; sacra a solis regibus obiri consueta regū exactione uacare uidētur: idq; moleste admodum populus ferret: ut pote quod cultui diuino regum exactione derogatum uideretur: sacerdotem creari placuit quem quominus auctoritatis eidem in esset regio nomine decorauit sacrorum regem appellantes: subiecerunt tamen pontifici maximo ne si nullius fuisset dictioni suppositus: ia; exacti reges reducti rege esse uiderentur: uel crederentur Quę uero huic partes iniunctę sacerdotio essent nunc temporis minime reperiuntur.

¶ De gallis matri deum dicatis

GAllos quidem Berecyntię siue illā matrem deorum dicere mauis dedicauit ātiquitas: eamq; religionem ut plęrasq; alias e phrygia romam traduxit: ex eo quidem tem-

pore quo huiuscemodi carmen ex libris sybil
linis relatum est. Mater abest: Matrem iubeo
romanę reqras. Cũ uenerit casta est accipien
da mãu: hoc respõsũ cũ diu torqueret patres
quę. n. mater esset: aut ũde petẽda nõ satis re
pirĩ poterãt physici. Apollõis oraculũ cõsultũ
miserĩ. Missi huiusmõi respõsa retulerũt. diuũ
Apollo inqt matrẽ accersite: quã: ideoq3 qdẽ
iugo r̃pietis. misi ergo ĩ asiã legati datũ nego
tiũ ut pq̃sitũ ac tãdẽ cõpertũ simulacrꝝ romã
duceret. Sed cũ Attalus rex asię comperti a le
gatis simulacri traiectionẽ negaret romanis
frustra iã abire parantib9: uocẽ eisdẽ et credi
tum esse deę auditã ferunt. Ipsa inqt peti uo-
lui romãq3: quod deoꝝ omniũ dignum domi
ciliũ est deduci: quo miraculo exterrit9 Atta-
lus romanis illico simulacri trãslationẽ cõces
sit Mari ergo trãsuecta romã ut traditum est:
cũ tyberi nauis simulacro honusta uectaretur
oĩ genere hominũ ex urbe ꝓdeunte cũ carmi
nibus sacrisq3 nauium sicco lictore ad hęsisse
ferunt: et cum oĩs multitudo funib9 ĩ iectis sũ
mo conatu adniteret: nulla demũ ui auellere
hęrẽtẽ ualuit. Erat aũt ĩ turba matronaꝝ Cla
udia qnta ṽgo uestalis p̃stãtissimę formę: cui9
exq̃sitio habitu multisq3 pleno illecebris uiola
tę ci9 ṽgĩtatis publica suspicio circũferebatᷣ.

Procubuit ergo puella ad pedes simulacri o-
rans obtestásq; deam sic inquit. Lese uirgini-
tatis me ream criminantur: tuum dea testi-
monium uti rē iudices queso: ut si tuo dānata
testimonio dea fuerī admissam mortē luam.
Sin hac labe purá argueris tū tu castissima ca
stas manus ꝓsequere obsecro. Vbi hęc dixit
reste qua ligata erat nauis manu arepta nauis
puellę admodū parū conātis tractū facile ꝓ-
secuta est. hoc pacto ī urbē deductam Scipio
Nassita solus dignus cuiꝰ manibus tangeret
reciperetur que simulacrū iudicatus est. Datū
ergo Scipioni negotiū. ut templū deę magni-
fice strueret: eius cultui sacerdotes dedicaret:
quos mor̄ deę uetusto spadones esse oporteat
nō alio pacto ad id sacerdotiū legādos cuiꝰ q
dē instituti. hoc ī cause fuisse cōmemorāt. Di
lexisse Cybelē puerū q̄dam phrigiū: dilectoq;
hanc cōditionē adiecisse ne cui castitate pollu
ta adniteretur. puerꝝ tn̄ nymphā Sagaridē de
perisse: et cū apud eā sub arbor̄ ei nymphę di
cata una quiesceret: nactam dormiētes deam
arborē cū ipsa nympha trucidauisse. Adole-
scentē metu exanimatū inuicinū montem cu
ī dindyma nomē est cōfugisse: doloreq; amē-
tem: pudoreq; admissi facioris membrū quo
deliquerat abscidisse. hac ratiōe facti dea me

mor p eiusmodi homines perpetuo sibi mini strari uoluit. Gallorũ uero nomẽ a flumĩe phygię uetusto: quod tẽplo huius deę uicinum est tractum ferunt: cuius ut ferunt fluuialis undę ea ius est: ut potans insanire compellantur.

¶ De duumuiris sacrorum

DVumuiri sacrorum quantum monumẽta ueterum legens consequi ualui sacris libris legendis carminibus quę sybillę fatisq; populi interpretandis pręerant ut Apollinis sacri. aliarumq; cerimoniarum antistites erãt et quotiens prodigia aliqua magnos aliquos rerum euentus auspicantia emersissent: lecti sterniis ad puluinaria deorum factis uti illorum minas auerruncarent: suppliciis sacris quę placabant. Eorum etiam ritu prospere gestis rebus supplicationes decernebãtur. huius sacerdotii nullam ãtea mentionem repperi quam quo tempor ędes Castori per filium Postumii secundi dictatoris qui tunc duumuir dedicatus est: latio enim bello pater ipse dictator uouerat: Cęterum cum multo tempore duo ab hoc ipsum sacerdotium uiri creati essent: ac plebs de suo quoque corpore creare consules cęterosq; magistratus pergeret: neque ad ipsum satis uirium esset: obtinuit tandem ut qui duumuiri in eam diem creati fuissent: decem

uiri crearentur quinquę ex patribus totidē ex plebe ellectis:quare ex duumuiris decemuiri appellari cœpti sūt. ¶ De septēuiris epulonū

SEptemuiratum epulonum q̄q̄ ut coniectari potest genus esse sacerdotii pręsumatur:propter ea quod cum de uocatione uestalis sacerdotii agitur filię auguris decemuiri sacrorum flaminis septemuiri epulonum ab hoc sacerdotio excusationem merētur: Inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur:ut cūq3 id fuerit quoniam nihil quicq̄ de hac re mediocris etiam fidei auctoritatisque repperi:quod huic ordini officium commissum esset: ausus asserere non fui. Plinius tamen cū esset rationem habiturus cū quasi p̄p futuros astātes timeret dixit stabat medio cōsularis:modo septemuir epulonum. Sunt ad huc romę in pyramide quadrato incisa hęc uerba. Opus absolutum diebus .c xxx. et testamento. c. cornelię. TR. Pl. septemuir epulonum.

¶ De magistratibus religioni nō spectatibus.

SEd qm̄ nunc de reliquis magistratibus qui ad religionem non p̄tinent tractar̄ intēdimus. aliiq3 omniū magistratuū maiores alii uero mīores sunt:qui maiores:q̄ ue minores essent paucis aīaduertendū est. Nā A. Gelli9 plęraq3 hac ī re ex. M. Messalę auguriis li

bris dicta reliqt: cuius uerba hęc sunt: patritiorū auspicia ī duas potestates diuisa sunt. Maxima sunt pręctorū censorum consulū: neq3 tamen eorum omniū inter se eadē aut eiusdem potestatis sunt: ideo quod collegę non sunt cēsores cōsulū aut ꝑtorū: ꝑtores collegę. cōsulū sūt Ideo neq3 ꝑtores aut cōsules cēsoribus neq3 consulibus cēsores: aut pręctoribus turbāt aut retinēt auspicia. At censores īter se: rursus pręctores consulesq3 inter se et uitāt et obtinēt auspicia. pręctor et si collega consulis est neq3 pręctorem neq3 consulē iure rogare potest: ut quidē nos a superioribus accepimus: aūt ante hęc tempora obseruatū est: et in cōmentario .xiiii. c. Tudicani patet: quia īperium minus ꝑtor maius habet consul: et a minorē impio minor a maiore autē maior collega rogare iure non potest. Nos his temporibus pręctores pręctore creante ueterum auctoritatē sumus secuti: neq3 iis auspiciis in comitio fuimus: Censores ęque nō eodē rogantur auspicio quo atq3 consules et pręctores. Reliquorum uero magistratuū minora sunt auspicia: idest illi maiorēs hi minores magistratus appellantur Maiores centuriatus inquit comitiis: minorēs curiatim ac tribuni fiunt. Ex omnibus his Messalę uerbis inquit manifestum est: qui sint minores.

Magistratus: et quamobrē minores appellantur sed et collegam esse et prętorē consuli decet: quod eodē auspicio creātur. Maiora autē auspicia dicūtur habere: quia eorum auspicia magis rata sunt q̄ alioꝝ. consul ab oīb9 magistratibus et cōtionem. et comitiatum auocare potest: Pręctor & contionē & comitia usq3 quaq3 auocare potest: nisi a cōsule. Minores magistratus nusq̄ neq3 comitiatum neq3 cōtionē auocare possunt. Ea re qui eorū primus uocat ad comitiatum: is recte agit: quoniam bifariā cum populo agi non potest: nec auocare alius alii potest si contionem habere uelit: uti ne cū populo agāt. q̄uis multi magistratus simul cōtionem habere possint. Ex his uerbis Messalę manifestum est aliud esse cum populo agere aliud contionem habere: nam cum populo agere est rogare quid populum & quod suffragiis suis iubeat aut uetet: contiōem autem habere uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

¶ De Senatoribus

SEnatorum originē a Romulo institutā esse nemo ambigit: qppe q urbis parēs et cōditor cum iam nouam ciuitatem uiribus et robore iuuenum affatī a se mūitam cerneret. haud minoris momēti fore ratus si eandē cōsilii ope fulsisset: exprimoribus patrum qui

um aderant ciuibus centum numero elegit.
quos ob honorem patres: ob ętatem senato-
res appellauit. ut apud lacęđmonios senes ap
pellari eos qui summum quendam magistra-
tum gerant Cicero ait: Qui uero ex his patri
oris centum patribus geniti sunt. patritii nun
cupati sunt. Hunc ordinem mox Tullus Ho-
stilius expleuit alba a se diruta albanisq; in ur
bem inductis. Tum Tullios. Seruilios. Quin-
tios Gegamos clodios in senatores accepit. E
xactis autem Brutus regibus consul exhaustū
bonis uiris senatum intuens: primores eque-
stris ordinis ascribi ī senatores operam dedit
illosq; conscriptos patres appellauit: exquo tē
pore patrum conscriptorum appellatio locū
habere instituit. penes hos quidem senatores
adeo semper totius rei. P. summam īnixa est:
ut ne reges quidem consules aut dictatores: a
ut alius quispiam magistratus inconsulto se-
natu quippiam molliretur: adeo ut cum Tar-
quinus superbus plęraq; pręter senatus aucto
ritatem decerneret: tunc demum amisso regi
o nomine tyrannus appellaret̃. Senatores ue
ro triplicis ordinis fuisse repperi: alii enim pa
tritii alii pedari nonulli uero conscripti appel
labantur. Patritii sunt hi maxime qui centum
illis patribus a Romulo lectis geniti sunt. Cō

ſcripti uero ſenatores hi qui regum cõſulum cẽſorumue decreto inſenatũ lecti ſunt. Pedarios autẽ ſenatores uariis rationibus appellatos inuenio. Alii.n.quod hi non haberent ſententię dictionẽ in ſenatu:ſed in aliorũ ſententias pedibus irent dictos pedarios putant. Alii quod eſſent plęriq3 qui magiſtratus curules adepti ſella curuli in ſenatum ueherẽtur. Qui uero pedibus iter facerent pedari nominabãtur. M.aũt varro equites quoſdã eſſe ait:quibus amplioribus magiſtratibus fũctis nõdum tamẽ acẽſoribus ĩ ſenatores lectis nõ eſſe ius dicendę ĩ ſenatu ſententię cum tamẽ in ſenatũ uenire liceret:ſed quas ſententias prĩcipes dixerãt in eas deſcẽdebant. De ordĩe uero ac ratione cõſulendi.ſenatus:quę uſquã repperi ea potiſſimũ adiiciã. Aliq̃n enim primo rogari mos fuit:qui princeps in ſenatu acenſorib9 poſitus fuerat:nõnunq̃ uero ut hi prius rogarẽtur : qui cõſules deſignati eſſent inſtitutum eſt:Cicero autem in eo libro quem inſcripſit Catonem maiorem de ſenectute Tantũ alq̃n ſenectuti honoris tributum ſcribit quod ut qſ q3 natu grandior eſſet:ita prior in ſenatu ſententiam rogaretur uſu tandem introductum eſſe dicitur:ut quẽ conſul ipſe rogaſſet:is prior ex ſententia uerba faceret. Alium tamen

quam consularem uirum rogari fas fuisse ne-
gant: Ex qua sane consuetudine. C. Iulius Cę
sar in eo consulatu quē gessit cum. M. Bibulo
tris duntaxat uiros extra ordinem rogasse di
citur. M. Crassum. CN. pompeiū. et. M. Cato
nem. Post. M. Crassum. CN. pompeiū ubi fili
am ī matrimonio sibi collocauit rogar̄ primū
cœpit: Cuꝫ uero. M. catonem rogaret: atqꝫ is
de quo consulebatur de re. P. nimis forte di-
ceret: lōgioreqꝫ ꝓinde oratione uteretur: qua
omne fere tēpus qđ ē habēdo senatui tereret
Cęsar iuatorem uocauit: Mqꝫ catonē quoniā
finem nō faceret pręhendi loquentē et in car
cerē trudi iussit Catonem cum trahi imperio
pararet senatus cōsurrexit et ad carcerē pro-
sequebatur: cuius rei quasi īuidia motus cęsar
destitit: atqꝫ emitti iussit De more aūt habēdi
senatus. M. Varro rogatu pōpeii librū edidit
cū ille primū cōsul cū. M. Crasso fuisset desi-
gnatus: creditur qa foris militięqꝫ ad eā ętatē
occupatus: uelle ciuilis cōsuetudinis cuiꝰ erat
expers fieri pitior. Sed eum librū in ipsa Var
ronis ętate periisse. idē ipse ī epistola ad Opi-
nianicū scribit: qua in epistola multa scribere
Varronē id generus. A. Gelius incomētariis
noctiū atticaꝝ refert. Primūqꝫ ibi scriptū fu-
isse per quas personas senatū haberi liceret.

Nominat dictatorem consules pretores Tri. Pl. iter regem prefectum urbi neq3 ullis aliis ius fuisse: senatum frequentem fieri iubere asserit. Addit deinde extraordinario iure tribunos militares qui proconsulibus essent. Item decemuiros quibus tamen imperium consulare esset. Item triumuiros rei. pu. constituende causa creatos: ius consulendi senatum habuisse. De prefecto aut urbi latinorum utrum senatum haber liceret non satis conuenire ait: qui licere negauit quod ne ille quidem senator sit p i de ius dicende in senatu sententie non habeat in rationem adducunt eaq3 etate que no dum senatoria sit creari. M. autem Varro et Acteius capito ius esse profecto huius senatus habendi aiunt: quandoquidem et trib. ple. quamqui no essent sonatores ante Accinium plebiscitum ius senatus habendi esset Scripserat etiam de intercessionibus illis: uidelicet ius interdicendi fuisse: qui uel ea potate uel maiore fuissent iis qui senatus: consultum aut plebiscitum: uel aliud decretum rogarent De loco habendi senatus: aut senatus consulti rogandi nisi in locis per augures constitutis que tepla appellabat haberi rogariue potuisse negabat. Vnde & curiam hostiliam pompeiam & Iuliam cum profana essent tepla per augures constituta sunt

De tempore uero habendi ſenatus ita ut dixerit. Ante exortum inquit ſolem: aut poſt eius occaſum ſenatus conſultum irrutum eſſe. Opus et cenſorum fuiſſe per quos & quo tempore factum ſeu conſul eſſet animaduertere. De ętate autem ſenatoria etiam adoleſcẽtibus ſenatorum ſenatum ingredi licuiſſe ueterũ monumenta legẽtibus apparet. Quominus uero tandem in ſenatum illi ętati uenire liceret papirii prętextati factum in cauſa fuit: ut Valerius Maximus ſcriptum reliquit. Tunc igitᷣ conſtitutum ne cui paucioribus uiginti et quĩque annis nato ſenatum ingredi liceret: ut apud Plutarchum in uita Magni pompei. Itẽ apud ius ciuile romanorum quo nos etiã hoc tempore utimur facile conſpicari.licet. Qui uero ſenatum habiturꝰ eſſet auſpicari primo atqꝫ ĩmolare hoſtiam debere idem varro cenſebat. Docuit etiam de diuinis rebus priuſq̃ ꝺ̃ humanis adſenatum eſſe referẽdum. Item ſenatus conſultum duobus modis fieri: aut ꝑ diſceſſionem ſi conſentiretur: aut ſi res dubia eſſet per ſingulorꝫ ſententiam. De pignore quoque capiendo: de multa irroganda ſenatori: q pro tempore in ſenatum ueniret debuit non interfuerit: Quantum uero ad ſenatorum familiam pertinet: ſenatoriarum perſonarũ ap

pellatione etiã uxores contineri decretum est Adoptiuos autẽ filios & si antequã patres in senatũ ducti essent se se in adoptionẽ dedissẽt senatores esse placuit: Siqs autẽ ex patritiorũ ordine plebeio homini se in adoptionẽ dediderit patritiũ tñ manere cautum est quam legem ea tẽpestate nullã fuisse arbitror: cum. P Clodius uir patritius quo tẽpore tribunitia potestate fungeretur: qua adṽsus Ciceronẽ factione uteretur plebeio homini sed adoptãdũ prębuit cõtra senatoꝝ filię: nisi quę senatoriis hominibus nuptui traditę essent clarissimarũ fœminarum noĩe non cõtinerẽtur Senatores uero filiũ a patre emancipatũ: et si filii nomẽ iure ciuili amittit senatoriam tñ retineꝛ dignitatẽ creditur. Postumi autem q̃uis post patris mortẽ nascuntur senatorii tñ homines appellabantur: Eũ uero qui postq̃ pater senatu motus est concipitur et nascitur non esse senatoris filiũ proculus et pegasus opinabantur: siqs uero ante cõceptus fuerit: q̃ eius pater senatu moueretur: non nocebit filio casus patris quo minus senatoris filius esse cẽseatur: sed si pater anteq̃ cõciperet filium senatoriam dignitatem amisserit ac deinde decesserit filii autẽ inaui senatoris potestatem reciderent : & si non quasi senatore patre nati uideantur sena

torii tamen esse censebantur. Mulieres autẽ senatoribus primo deinde ĩferioris fortis hominibus in matrimonio collocatę clarissimarum fœminarum ordinis non sunt. Itaq3 impetrare plęraq3 aprincipibus solent: ut nuptę iterum inferioribus uiris senatoria nihilhominus maneãt dignitate. Vt dicitur diuum Augu. Iulię Manię consobrinę suę indulsisse: senatores uero senatorio ordine admotos quãuis capite non minuuntur et ciuitatem retineant iudicare tamen ac testimonium dicere ꝓhibet lex Iulia repetundarum.

¶ De Tribunis celerum equitum

TRibunos celerum equitum Primus Romulus creasse fertur: cum tres equitum centurias: quarum opera in omni rei publice discrimine uteretur ascripsit. Eas centurias Taciensium & lucerum appellauit. Rannensium a Romulo. Taciensium a Tacio. Lucerum uero denominatio ut Liuio placet incerta est. Quos autem ternos his prefecit uiros quos ex trib9 delegit tribulus tribunos nominauit. Fuisse aũt numero tercẽtos ait equites eo qꝺ singlis curiis q̃ trigĩta erãt. x. ascriuerit Quod uero celeriter ac currere eos uoluit: si quando illorum opera res. P. indigeret appellari celeres uoluit. Sunt etiã qui a Celere quo

tantumq; tribunitia poteſtas ualuit ei: ut cum hac de re latũ eſſet ad populũ lex de agro po. ro. adiudicando promulgaret: ſane factũ maxime dehoneſtauit Maieſtatẽ po. ro. multũq; apud finitimas ciuitates infamię dedecorisq; contraxit. Quamobrem cũ id ęgre ferrẽt patres: ac non multo poſt iudiciũ de ardeatibus egregie pro auxilio illis aduerſus uolſcos allato meriti eſſent: cũ tantã infamis iudicii notã prorſus ex animis delere cuperẽt: ſenatuſconſultũ fecerunt. Quoniã ciuitas ardea tum inteſtino tumultu ad paucos redacta uideretur: coloni eo pręſidii cauſa aduerſus uolſcos ſcriberent. Id cũ latũ ad populũ eẽt: placuiſſetq; multo plures rutilos q̃ romanos colonos aſcribendos: priusq; is ager q infami iudicio interceptus erat q̃ alteri9 agri gleba aſſignarent: aut alicui q̃ omnib9 rutulis. Eo tandem pacto ager ad ardeates reuerſus eſt. Triumuiros igitur deducendę colonię creant Agrippã Aleuium: T. Cecilium ſiculũ. M. Ebrium culam. Nec abnuerim hunc magiſtratũ alias a maioribus romanorꝝ creari potuiſſe. Cęterꝝ ab inſigniori ratione & ingenti populo romano honeſtate exordiri non piguit. Pertinebat uero ad huius magiſtratus officiũ: ut agros nouis deductis colonis diuiderẽt: urbes deſignarẽt:

ędificare uolentibus areas partirentur: cõmodis regionibus ciuitatum distinguerent: legibus magistratibus sisterent: & ad spem optimi gubernaculi remp. effingerent.

De prętoribus.

CVm crebris ac diuturnis certaminibus uicti tandem a plebe patres ex consulibus alterų ex plebe creandũ cõcessissent: id sibi uoluntate plebis pro aperto ad consulatum aditu arrogauere: ut unicus magistratus creatur ex patrib9: isq3 a pręessendo prętor appellarent: qui tandem eo ꝙ inter urbanos ius diceret: urbanus appellatus ẽ. Penes & hũc ꝟo magistratũ adeo oĩs publici priuatiq3 iuris potestas fuit: ut nemini ius cõdere: & uetera abrogare facultas est. Tantum uero ĩ modũ aucta est prętoris auctoritas: ut quod prętor ipse edixisset: ob ipsius honorẽ ius honorariũ uocaretur. Prętori regia insignia consularesq3 ferme apparat9: lictores uero nõ ampli9 sex: Sella curulis & trabea cęteraq3 huiusmõi tradita sunt: Ac quanuis sex numero lictoribus uti concessum eſſ3 prætoribus: Paulo quidem æmilio prætori in iberiam cõtendenti (ut ait Plutarchus) duodecim adhibitos lictores cõperi. Equis albis & trabea candida utebat᷑ prętor. Niuei ad frena quirites subministrabant:

ut ait Iuuenalis. Demum cum undiq3 peregrinorum multitudo in urbem cõflueret: neque unus prętor turbę causa℞ sufficere posset: alter prętor creatus est: qui quoniam inter peregrinos cognoscebat: peregrinus appellatus ẽ. Crescente uero imperio tantum in modũ amplificatus est numerus: ut decem & octo prętores aliquando in urbe ius dicerẽt: & qa magistratus uespertinis tẽporibus in publico esse conueniens erat: quinque uiri constituti sunt citra thyberim & ultra: Capta enim sardinia mox sicilia item hispania: deinde narbonensi ꝓuincia: totidẽ prætores q̃ magni duces in dictionem uenerant: creati sunt: partim q urbanis reb9: partim q prouincialib9 pręessent. Deinde Cornelius Sylla questiones pu. cõstituit: ueluti de falso: de parricidio: de siccariis: ac pretores quatuor adiecit. Deinõ diuus Augustus sexdecim prætores constituit. Post diuus Claudius duos adiecit prętores: ex quibus unum diuus Tyberius detraxit: & adiecit diuus Nerua: qui inter fiscum & priuatum ius diceret. Ita decem & octo prętores in ciuitate ius dicunt. Sed primo etiam ut duos ędiles qui frumẽto pręessent cereales creat. Ita duodecim prętores sex ędiles creati sunt: quotiẽs in roma sunt magistratus obseruant᷑: quotiẽs

autem proficiſcuntur: unus relinquitur: q ius dicat: is uocat̃ præfectus urbis: qui præfectus olim conſtituebatur. Poſtea uero alius latinarum feriarum introductus eſt: qui quotannis uacantibus cęteris magiſtratibus creari inſtituerit. Quibus omnibus cum plurimi ingruentibus bellorum uſus egiſſet: eorundem adminiſtrationes mãdari cõſueuere excepto prefecto urbi in ciuitate remanente.

¶ De quinq3 uiris menſariis.

CVm improbitate fœneratorũ plebs romana magnitudine ęris alieni pœne obruta eſſe uideret̃ ei: eiq3 difficultati principes plebis ſuccurrẽdum ſæpenumero tentaſſent: inclinatis tandẽ ad concordiam omnium animis qui tum conſules erãt: funebrẽ quomodo rem quid deſtinari in animis hominum uidebatur leuar̃ aggreſſi: ſolutionem ęris alieni in publicam curam uerterunt. Quinque ergo uiri creati ſunt: quos a diſpenſatione pecuniæ menſarios appellauerunt: qȯ inſigni ęquitate diligẽtiaq3 meriti ſunt: ut per omnium annalium monumenta celebres nominib9 eſſent. Hi ergo fuere. C. duellus. P. decimus. M. Papirius. Q. Pompilius. T. emilius. Quod rem porro difficillimam tractantes plerunq3 patri utriq3 ſemper grauem: cum alia modera-

tione: tum impendio magis publico q̄ iactura sustinuerunt. Tarda enim nomina & impeditiora q̄ facultatibus ad ęrarium missis suppeterent ęre in foro posito dissoluerunt: ut non modo sine iniuria: sed etiaȝ sine querimonia partis utriusque exhausta uis ingens æris alieni sit.

¶ De duumuiris classis restituendę & quibusdam paruis magistratibus.

DVumuiros classi restituendę: utpote haud magni momenti magistratū omissurus uidebar: nisi quid Liuio prętereundū minime uisum est. Anno enī quo Appius Claudius: is cui postea Cęco cognomentū fuit: censuram gessit. M. Valerio & P. Decio consulibus: duo impia: ut ait Liuius: dari ppl'ȝ cœpta sunt: utraqȝ ad rem publicā ptinentia. Vnum ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones crearentur: quę anna per q̄ paucis populi suffragio relictis consulum & dictatorum fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebei. L. Actilius & C. Martius. Alterum imperium fuit: ut duumuiros nauales classis ornandę reficiendęqȝ causa idem populis iuberet. Tulit hoc plebescitum. M. Decim9 tr. pl. haud multo tempore post huiuscemodi rogationes triumuiri nocturni creati sunt: qui-

bus ut existimatione deducor: ut difficili bellorum & ciuiliu3 seditionum tempore uigiliæ in muris custodiæq3 per milites stationarios mitterentur. Id etiam eorum curę iniunctum est: ut & nocturnas seditiones a ciuibus arcerent: & quies urbi conseruaretur. huius sane partes magistratus in officium præfecti uigilum traductę sunt. Enimuero qd horum magistratuum nomina rem ferme ipsam cui addicti essent / facile ostendunt. Neque Liuius ipe rei auctor hac in re amplius uerborum facit: apud alios uero nulla prorsus mentio sit.

¶ De triumuiris reipub. constituendæ.

DI triumuiratus reipub. constituendę: ante enim ipsum quem Cæsar cum Antonio & . M. Lepido gessit: alter nullus apud romanos prodiisse memorat'. Ego autem de eo ipso nusquam pręterea me ostendisse memini. Vtrum potestatibus annumerandum censuerim: haud satis scio: quippe qp eas potestates quas in iussu præterq3 senatus auctoritatem quisq3 non dicam sortitus fuerit: sed per libidinem dominandi arripuerit: tyrannides potius q̃ potestates seu magistratus appellandos dixerim: utcunq3 se res habeat: illud facile animaduerti potest. Iulio Cæsare in senatu ab his qui cum Bruto & Cassio conspirauerãt

occiso: mox Antonium cum studia omnia ad componendam rempub. contulisse uideretur principem ciuitatis euasisse: confestim uero dominãdi libidine electum Ciceronem Brutum cęterosq; qui factioni eius aduersabant urbe excedere coegisse. L. aũt Octauiano qui testamento Cæsaris hæres scriptus fuerat ex asia reuerso: Cicero ac cęteri qui eius factioni obtrectabant: ad Octauiani potẽtiã confugerunt. Ex quo factum est ut Antonius urbe migrare ad actus hostis a senatu iudicaretur: ad quem opprimendum Hircius & Pansa consules missi: Augustusq; cũ fascib9 Antonium apud Mutinam adepti fuerunt: fugauerũtq;. Desperatis ergo rebus Antonius supplex ad M. Lepidum confugit: cuius potentia fretus Octauianum qui æque animum ad dominationem intenderat: ad fœdus societatemque pellexit: illam uidelicet societatem qua homicidia homicidiis in permutatione uenisse dicuntur. Inter quos ad cædem destinatos Cæsar Ciceronem pro. L. Cæsare auunculo. M. Antonii eidem concessit. Igitur tyrannidem prætextu pro magistratus pillare pergentes sese triumuiros reipub. constituendæ appellauere: quorum nutui & auspiciis omnis respu. niteretur. Cæterum eorum animos quorsum

inclinarentur: mox ipe euentus rerum ostendit: oes diuinas humanasq3 res comiscẽs. Omnibus eni intra se opibus consumptis ad extremum unus Cæsar Octauian9 potitus est: q & ipe oibus cæteris supstes ipm: de quo loquor: triumuiratum annos circiter decem: ut Suetonius Tranquillus refert: obtinuit.

¶ De prefecto pretorio.

QVales apud reges tribuni celerum equitum siue apud dictatores magistri equitum: tales demũ fuere prefecti paertorii apud Cæsares. Nã cũ secundas post Cæsarẽ partes gestarẽt: preessentq3 disciplinę publicæ emendandę: adeo a paruis orta principiis creuit auctoritas: ut cũ aliquo tempore a prefectis pretoriis ꝓuocare liceret. extantq3 exempla maiorũ quo pacto ab his ꝓuocassent: lecta postmodũ pricipis sẽtẽtia a pfcõ ptorio ꝓuocatio sublata est. Credidit. n. princeps eos q ob singularem industriã fide illorum atque ĩtegritate explorata ad huius potestatis amplitudinem adhiberet᷑. Nõ aliter pro sapiẽtia ac splẽdore dignitatis suę q̃ eundẽ fore iudicaturos. Alio etiã priuilegio huiusmodi potestas subnixa ẽ: ne ab eorum sententia minores ætate ut ab aliorum magistratuum restitui possent.

¶ De qbusdã minorꝝ magistratuũ speciebus.

Alteram magistratus spẽm ĩ urbe romana ius aliquãdo dixisse repperi. Nã bellorum munera cęteris magistratibus nõ sufficientib9 ad prętores deferrent: quorꝝ munus administratio iuris pręcipuum fuit creati decemuiri sunt: q ius urbe dicerẽt: Prætorumq3 partes eo tẽpore gererent: litium iudicandarꝝ appellati: Eodem tempore quatuor uiri creati dicunt: q uiarꝝ curam agerẽt. At tres uiri monetales auri argentiq3 flatores: quorꝝ esset diligentia numismata auro argẽtoq3 fabricari.

¶ De prefecto urbis ac uigilum.

Diuus Augustus salutẽ publicã nullius alterius q̃ suę diligentię congruere existimans coercendorꝝ incendiorꝝq3 causa cohortes opportunis urbis locis disposuit: ita ut binas urbis regiones una quęq3 cohors pręsidio tutaretur. Tribunis & sup oẽs clarissimo uiro pręfecto uigilum pręposítis & licet apud ueteres romanos triumuiros nocturnis ædilib9 tribunisq3 id negocii quãdoque esset assignatu. Pluribus eodem die exortis incendiis: quibus accurrere satisq3 facere nõ posse eos appareret: creare pręfectũ uigilum Augustus Cæsar in animũ inducit. De incensorib9 ergo & fractoribus: furibus: raptorib9: receptatoribusq3

apud pręfectũ uigilum cognitio eſt:niſi ſiqua tam atrox tam famoſa perſona ſit:ut ad pręfectum urbi remittẽda uideat̃:& quoniã incẽdia plerũq; culpa exoriunt̃ inhabitantiũ: aut fuſtibus caſtigat eos q negligẽtius ignem habuerũt:ab ſeuera obiurgatione cõminat̃: fuſtium caſtigationẽ remittit:cum effracturę in horreis:ut plerũq; fit:inſulisq; ubi pretioſa℞ rerum ſuarũ partẽ patres familiarũ ſeruãt:ap parauerit:Si quãdo uł cella uł armariũ effringatur:effracto℞ ſępe nõnunq̃ etiã cuſtodum queſtiones apud hunc magiſtratũ exercent̃: & ita diuus Antoni9 Eritio claro pręfecto reſcripſit. Ait.n.effractis horreis de ea re ad illum ipm pertinere.Sciendũ aũt pręfectũ uigilum ad plurimã noctem uigilare oportere:coerrareq; calciatũ cũ armis & dolabris:curãq; omnes inquilinos agere admonendi: ne per colonorum negligentiam incẽdiorum caſus exoriantur. Quinetiam inquilinus ut quiſque aquam in cœnaculo habeat:qua igneo terrore ingruente pręſto accurrere poſſe cenſeantur. Aduerſus capſarios autem qui mercede ſeruanda in balneis ueſtimẽta ſuſcipiunt:iudex quoque conſtitutus eſt:ut quid ſcilicet in ſeruandis ueſtimentis admiſſum fuerit ipſe idem:de quo loquor:magiſtrat9 queſtionem

exercebit. Vltimum est ut ō procuratore Cęsaris (is enī est inter Cęsarem & rēpu. constitutus iudex) pauca uideamus.

¶ De procuratore Cęsaris.

QVanq̄ principalem celsitudinē a qua legum senatusconsultorū magistratuūq3 omniū origo manat: moribus introductū sit legum imperio: cui præesse nō esse suppositā cęterorū: quoniā maiorē se a quouis cū inter priuatūq3 ac rēpub. decernat̄: impossibile inuentum sit: ip̄mq3 principem ī propria causa iudicare haud sanū ęquūq3 esse uideat̄: magistratum creari placuit: cui inter se priuatasq3 personas cōpetens quidē esset iurisdictio: qui sane est appellatus procurator Cæsaris. Huic magistratui principalis totius rei familiaris licētia cōmissa est: ita ut q̄d ab eo negocio℞ imperialium gestū est / p̄inde habeat̄ ratū: ac si ab ip̄o Cęsare fuerit p̄tractatū. Sed si re3 eius qui propriā ꝓcurator tradat / nō putāt dominium transferre. Tunc uero transfert: cū negocium gerens Cæsaris: ip̄ius cōsensu tradit. Deniq3 si donationis uenditionis transactionis causa q̄d agat nihil agit. Nō enī alienare rem Cęsaris: sed diligēter negocia obire procuratori Cæsaris iniunctū est. Id uero imprimis ꝓcurarori huic: de quo agimus: scriptum

est: q serruũ Cæsaris hæredẽ institutum adire hereditatẽ iubet: & ea hereditas impatori acquirit: Quin si Cesar ipse heres instituatur: si se procurator opulentiæ hereditati misceat: heredẽ Cesarẽ facit. Qd̓ si ea bona ex quibus princeps institutus est: soluendo nõ sint: cõsulendum erit impatori: ne qd pinde detrimẽti patiatur. heredis enĩ instituti in adeundis repudiandisue hereditatibus cõgruo tẽpore explorari uoluntas debuit: Deportandi huic magistratui facultas pmissa non est. Sed de pcuratore Cesaris atq; ceteris omnibus romanis potestatibus que a principio urbis cõdite usq; ad Augusti Cesaris tempora facte tractateq; sunt: satis ad plenũ diximus. Presidis nomen generale est: eo q & pconsules & legati Cesaris & oẽs prouincias regẽtes: licet senatores sint: præsides appellantur.

¶ Albricus phũs de imaginibus deorum.

¶ De Saturno.

SAturnus primus deorum supponebatur: & pingebatur ut homo senex canus plixa barba: curuus: tristis & pallidus: tecto capite: colore glauco: q una manu. s. dextra falcẽ tenebat: & in eadẽ serpentis portabat imaginẽ qui caudam propriam dẽtibus cõmordebat.

Altera uero.ſ.ſiniſtra filium paruulum ad os applicabat:& eum deuorare uidebať:q iuxta ſe habebat filios.ſ.Iouem/Iunonē/Neptunnum & Plutonem:quorꝫ uirilia Iupiter amputabat:ante quē erat mare depictum: in quod Iupiter dicta uirilia abſciſſa proiiciebat:ō quibus Venus puella pulcherrima naſcebatur. Iuxta aūt ipm Saturnū erat imago Opis uxoris ſuę in cuiuſdam ſimilitudinē matronę depicta:quę aperta manu dextra opem omnib9 uelle dare prętendebat:panem uero manu ſiniſtra pauperibus porrigebat.

¶ De Ioue.

IVpiter Saturni filius cęlū & cęli regnū, cui in ſortem ceſſit. Pingebatur in throno eburneo in ſua maieſtatis ſede ſedēs ſceptrum regium in manu tenens.ſ.in ſiniſtra:ex altera uero.ſ.dextra fulmina inferi9 mittens & gigātes repſſos fulmīe tenēs ſub pedib9 & cōculcās. Iuxta eū uero quædā aquila quę uolans inter pedes ſuos quendā pulcherrimum iuuenem.ſ.Ganymedem raptū portabat habentem in manu crateram ut Ioui poculum propinaret.

¶ De Marte.

MArs tertius deorū dictus eſt:qui & tertius in ordine planetarū atq3 ſtella eius taliterq3 ī ſua imagine pingebať.Erat.n.eius

figura tanq̃ unius hominis furibundi in curru sedens: armatus lorica & cęteris armis offensiuis & defensiuis: q & galeam habebat in capite & flagellũ in manu portans accinctusq́ȝ mucrone: currus uero eius ab eqs rabidis trahi uidebaẗ. Ante illum uero lupus ouem portans pingebaẗ: qa illud.s.animal ab antiquis gẽtilibus ipĩ Marti spetialiter cõsecratũ erat. Iste.n.mauors est.i.mares uorans: eo ꝙ bellorum deus a gentibus dictus est: & quia romani fratres genitos primos urbis fundatores.s. Romulũ & Remum Martis filios esse finxerunt: quoꝝ Romulus Remum ĩterfecit: ideo sub eius curru idem Romulus depictus est: q fratrem Remum occidebat.

¶ De Apolline siue Sole.

APollo quartus deoꝝ est: qa sol q dicitur Apollo: ĩter planetas quartũ orbem tenet in cęlo. Iste pingebaẗ in spetie impuberis iuuenis: nũc in facie puerili: nũc iuuenili semper imberbis: nunc aũt in caua diuersitate apparẽtis: licet raro tali facie eẽt formatus. Iste sup caput portabat tripodeȝ aureũ. In dextra ỽo manu habebat sagittas: arcũ & pharetrã. In sinistra autẽ citharã tenebat. Sub pedibus ei9 depictũ erat mõstrũ terrificũ: cuius corp9 erat serpẽtinũ: triaq́ȝ habebat capita.s.caninũ

lupinum: & leoninum: quanq̄ inter se forent diuersa: in unum tamẽ corpus coibant unam solam caudã serpentinã habentia. Coronam uero capite gestabat Apollo. xii. lapidum pretiosorum. Iuxta aũt illum erat uirilis laurus picta: & coruus niger desup̱ uolitans pingebat' auis scilicet ip̄i deo cõsecrata. Sub lauro uero nouem musę choream faciunt: & circa Apollinem cantus melodiam promũt. A longe uero phyton serpẽs maximus pictus erat: quem sagitta una Apollinis per mediũ transigebat: & erat Apollo inter duo iuga montis parnasi sedẽs: de quo & fons castalius scaturiebat.

¶ De Venere.

VEnus quintũ tenet inter planetas locũ propter q̄d quinto loco figurabat': pingebat' Venus pulcherrima puella nuda & in mari natans: & ĩ manu sua dextra choncam marinam tenens atq; gestans: rosisq; candidis & rubris sertum gerebat in capite ornatũ & columbis circa se uolãdo cõmitabat'. Vulcano deo ignis rustico turpissimo in coniugiũ erat cõsignata: qui stabat ad eius dextram: & coram ip̄a tres astabant iuuenclæ nudæ: quæ tres gratię dicebantur: ex quibus duaꝝ facies uersus nos aduersę erant: tertia uero dorsum ĩ cõtrariũ uertebat. hinc & Cupido fili9 suus

alacer & cęcus assistebat: quam sagitta & arcu fuga
bat: quos tenebat Apollinē sagittabat: propter quod
deos contra se turbatos timēs ad Martis gre
mium fugiebat cui & illa.

De Mercurio.

MErcurius sextus ī ordine planetarum sicut & alii ab antiquis gētilibus sextus deus esse dicebatur: cuius imaginem in hūc modum pingere uoluerunt. Erat enim ipsius signū homo unus qui in capite & in talis alas habebat in manu aūt sua leua uirgam tenebat: quę uirtutem habebat soporiferam: & quæ erat serpentibus circūsepta: & gladium curuum quem harpen homo uocabat: fistulamque de calamo facta Syringe ad os suum ponebat cū dextra quam sonans: Galerum quoque seu capellum capite deportabat. Coram ipso aūt erat gallus sibi spetialiter consecratus. Ab altera uero parte erat Argus: cuius caput & facies plena erat oculis: qui corā eo iacebat decollatus. Iste ergo dictus est deus mercatorum: & deus furtorum: & ideo ab alio eius latere depicti erāt mercatores cum aliquibus mercibus: & latro qui ipsi mercatori bursam abscidebat. Eloquētia autē in fistula designatur: qui de uiro ī fœminam & de fœmina in masculū se mutabat cum uolebat: & ideo pingebatur cum utroque sexu: de al

bis uero nigra & ꝯ nigris alba faciebat: quod ostenditᷣ per eius pileum semialbum & semi-nigrum: aliqui uero eum capite canino pingebāt: ideoq; & lanceā ꝓ uirili & collū ꝓ muliebri sexu tribuerūt. ¶ De Diana siue luna

Diana quæ & luna: Proserpina: Hecate nuncupatur ultima inter planetas est: ꝑꝑ qꝺ ultima ponitᷣ in numero fictoꝝ deoꝝ. Ipa ergo pingebatur in spetie unius dominæ coma dissoluta: quæ arcū tenebat & sagittas: ceruos quoq; cornutos ī uenatione insequi uidebatᷣ: circa quā siue ad eius latera erant chori dryadū / amadryadū / naiadu; & nereidū: & chori nympharū / siluaꝝ / montium / fontiū & mariū cū choris & satiroꝝ cornutoꝝ: qui dii dicebātur agroꝝ: nauicula & post ceruos cū homine nauigāte in mari: & uelificante in mari erat figurata. ¶ De Minerua.

Minerua dea sapiētię ex cerebro Iouis nata quę alio noīe Pallas dicta ē. Hęc. n. pingebatᷣ a poetis in similitudinē uni9 dñę armatę lorica & gladio accinctę: cui9 caput uiri decinctū circū erat: ipamq; cassis cū crista desup ꝯtegebat: ipa aūt lanceā tenebat ī dextra in sinistra uero scutū cristallinu; habebat: qꝺ caput mōstruose Gorgonis ceruicinis serpentibus continebat. Hæc igitur oculos habebat

splēdidos triplici colore palium induebat de-
stinctum.s.aureo:purpureo & cęlesti:iuxta se
habebat oliuā uiridem pictā3: & desup auem
quę dicit͛ noctua:uolitantem.

¶De Pane.

PAn ab antiquis dieb9 fuit deus naturę:
& ī similitudinē naturę uniuersalis fuit
ab eis taliter figuratus.Pingebat͛ hō cornut9
cū facie rubicūda: in cuius pectore stellarum
plurium erat forma. Pellis eius ī parte pinge
batur stellata.Femora aūt habebat denudata
cū herbis & arboribus ꝓdeuntib9 ex ea: & in
ore eius fistolā septē calamoꝝ tenebat:quam
digitis pulsare uidebat͛.Pedes quoq3 & crura
caprina habebat:Cum amore uero pingebat͛
luctam habuisse:qui ab ipo Pane uictus erat:
ideoq3 idem Amor iuxta eum quasi ad terrā
prostratus iacebat.

¶De Plutone.

PLuto Saturni filius dictus ē ab antiquis
deus inferoꝝ & regnoꝝ terrarū & ani
marum iuste decedentiū.Credebant enī anti
qui oēs aīas ad inferos descendere:ibiq3 cum
Plutone in caligine ꝑpetua remaneṝ.Quapꝑ
ipi Plutoni.i.inferno:uel ipi uirtuti diuinę in-
ferna gubernanti talem imaginē depinserūt:
quem & tenebraꝝ principem esse uoluerunt
Erat enī imago ei9 hō terribilis in solio sulfu

reo sedens: sceptrum in manu regni tenens dextra: sinistra animam constringens: cui tricipitem Cerbarũ sub pedibus collocabant: & iuxta se tres harpyas habebat. De trono autẽ eius sulfureo quatuor flumĩa manabãt: que. s. lętheum: cocytũ: phregethontẽ & acherontẽ dicebant: et stygem paludẽ iuxta flumina assignabant. Iuxta Plutonẽ regina inferi Proserpina sedebat cum facie fusca & terribili: quæ Plutoni cõiugi a sinistris assidebat. Erant aũt furię tres horribiles uetulis serpẽtib9 crinitæ: quę hoĩes furere faciebãt: quę Alecto: Thessifone: et Megera dicebant parcæ seu fata: sic dictę p antiphrasiȝ eo ꝙ nemini parcãt. Tres erãt domicilę sorores: quaꝝ una tenebat colũ & nebat: altera filũ uoluebat: tertia illud rumpebat: et istę Cloto: Lachesis: et Atropos uocabant. Harpyę uero aues erant rapacissimę cũ facie uirginea: quę Aelo: occipite: et celeno uocabantur.

¶ De Iunone.

IVno posita ẽ in similitudinẽ aeris. Antiqui enĩ ipam Iouis. i. ignis uxorem et sororẽ dixerũt: Iridem et nymphas eidẽ attribuerunt: cuius imago taliter pingebatur. Erat enim fœmina in trono sedens sceptrum regium tenens in dextra eius caput nubes tenebant opertum supra diadema quod capite

gestabāt:cui & Iris sociata erat:quia ipsam p circuitum cingebat:nuntiāq; Iunonis Iridem populis appellabat. Ideo iuxta ipsam Iridē ancillam paratam ad obsequium dominę figurabant. Pauones aūt ante pedes eius lambebāt: quia a dextris et a sinistris dominæ stabant: auesq; Iunonis spetialiter uocabātur. Mulier erat filiū pariens:quia ipa Iuno partubus pręesse dicebat':quę & Mercuriū dicit' lactasse.

De Cybele.

CYbele mater deorū fuit dicta terra:quā & deos genuisse dixerunt ueteres & gigantes:cui antiqui philosophi talē imaginem depinxerūt. Erat enim uirgo fœminea in curru sedens lapidibus pretiosis & metallo# diuersorum uarietate uestita. Itaq; mater deo# extitit & gigantū. Irata enī terra contra deos titanos dicitur parturisse. Erantq; gigātes pedibus serpentinis:de quibus fuit unus Titan: qui etiam sol dicit'. Sed quia iste contra deos nihil fecit sicut alii fratres:ideo aliis ōstructis hic solus in sua deitate pmansit. Currus autē Cybeles a leonib9 trahit':coronāq; turritam in capite gestare dicitur. Pingitur iuxta eam in curru Atys puer nudus:que; illa amasse dicitur:& nimio zelo castrasse: & sic illi uirilia pingitur amputare.

De Aeolo.

AEolus aũt inter deoꝝ numeꝝ computatus: qui & uentorum deus dictus est: cuius talis erat imago depicta. Stabat enim ĩ antro linea ueste indut9 & pręcinctus tenẽs sub pedibus flabra instrumenta fabrilia. In manu aũt utraq3 tenebat cornua: quæ ad os ponens in eis sufflarẽ uidebatᷣ: & ab uno ꝗ̃ cornuũ sex uẽtos emitterẽ uidebatᷣ. Et quia Iuno ei regnũ dedisse fingebatᷣ a dextris eius Iuno stans inter nubem eius capiti coronam imponebat. A sinistra uero ei9 nympha seminuda ĩ aqua quã ei in cõiugem eadem Iuno dicitᷣ dedisse.

De Iano.

IAnus uero ĩter deoꝝ numerũ acceptus est: cui omnis rei initium & finẽ tribuebant. Hic autem taliter figurabatur. Erat rex homo sedens in trono fulgenti radiis circunquaq3: qui duas facies habebat: quaꝝ una ante se altera post se respiciebat. Iuxta illũ quoque erat templum: & in manu eius dextra habebat clauem qua templũ ipm̃ aperire monstrabat. In sinistra uero habebat baculu3: quo saxum percutere & ex illo aquam producere uideatur.

De Vulcano.

V·Vlcanus deus ignium pingebatur in similitudine fabri ɔ̃formis & claudi mal-

leum in manu tenẽtis:& deoꝝ impulsu de cę lo ĩ terrã decidentis iuxta eum plures dii eum irridentes pinguntur:qui eum de cęlo expelle re figurantur.Ipe quoqꝫ sic expulsus fulmina in terris Ioui parare dicebatur:quę ad cęlum Iouis ipius aquila deferrebat.Ideoqꝫ iuxta ipꝫ Vulcanũ depicta erat officina & aquila para ta ad fulmina deferenda.

De Neptuno.

NEptunus deus aquarũ & precipue ma‑ris depingebat̃ ad modũ cuiusdam nu minis mare gubernantis. Erat.n.eius imago homo nudus in mari natans.Ab umbilico su pra aquas ĩminens & tridentem pro sceptro regio manu tenens:cum quo tridente saxum quoddã percutiens in ęquor quoddam acerri mum producebat. De mari uero plurima flu‑mina manare uidebantur.Greges autẽ trito‑num circa se ille de mari natantes prodibant & regem ęquoris honorabant.Sunt autẽ tri‑tones pisces qui tubas in ore portant:quibus tubicinare ostendũt:ideo aliqui gẽtilium ipos marina quędam monstra dicebant.

De Vesta.

VEsta dea ignis.s.diuini in collegio deo‑rum annumerabatur.Hanc Iouis fuisse nutricẽ & eum suo gremio sustẽtasse antiqui

dicebant: quam etiam taliter figurat pictura.
Erat enim templum latum & spatiosum cum ara ī medio: circa quam ex utroq3 latere erat ignis accēsus: qui perpetuo seruabatur: quem extīgui nullaten9 fas erat: & ideo ad huiusce modi mysterium erant multæ uestales uirgines deputatę: quæ & ipsæ ibidem depictæ ab utraq3 parte ignem fouere uidebantur. Supra pinnaculum aūt templi depicta erat ipā Vesta in formā uirginis infantem ipsum Iouem in suo sinu fouens.

❡ De Orpheo.

ORpheus fuit uir magnus īgenio: & eloquio perfulgens: uir eruditissimus philosophie & artium disciplinę: qui homines irrationabiliter uiuentes ex feris & īmanib9 fecit mites & mansuetos: & moribus cōposuit. Vnde & bestias quasq3 & uolucres & fluuios & saxa & arbores citharę sono dicit᷑ mouisse q & Euridicem nympham eodem mulcēs sono in coniugem habuit: quam a serpente percussam & occisam descendens ad inferos citharæ sono dulcissimo Plutone placato dicit᷑ redemisse: ea lege ne eam aduersus respiceret: donec ultimum limen inferni excederet: quam legem ut pręteriit: uxorem retentā amisit. Iste igitur in numeꝵ deorum consecratus

taliter pingebatur. Erat homo in habitu philosophico citharaꝫ manu pulsans. Ante eum erāt diuersa animalia ferocia: quę pedes eius lingebant. s. lupi: leones: ursi: serpētes: aues diuersæ circa eum uolitantes: mōtes & arbores sibi flectentes uertices suas: qui & uxorem se sequentem conuersus aspicere uidebatur: sed eam inferi retinebant.

¶ De Baccho.

BAcchus filius Iouis inter deos cōnumeratus est: quem uinum & uini deum esse dixerunt. Attendentesqꝫ uini uirtutem & proprietatem illum esse deum ī natura coluerunt: & eidem huiusmodi imaginem esse depinxerūt. Erat enim imago sua cum facie muliebri: cum pectore nudo: cum capite cornuto uitibus coronato: qui super tigridem equitabat. Iuxta ipm aūt erant imagines trium animalium. s. simię: porci: & leonis: quę tria animalia uidebantur circumire pedem unius uitis: ob cuius umbrā Bacchus equitabat: uitisqꝫ rabemis erat plena. Ipe uero una manu tenebat poculum. s. sinistra: altera uero. s. dexra in eo uuę racemum extricabat.

¶ De Aesculapio.

AEsculapius dictus est filius Apollinis: qꝫ deus medicinę & medicoꝝ putabatur:

Eius imago erat homo quidam cũ barba ual-
de prolixa indutus habitu medici sedẽs: in cu
ius sinu erant pixides unguentoꝝ & alia istru
menta ad medicũ ꝑtinẽtia: cuius manus dex-
tra barbam tenebat: sinistra uero baculũ cum
serpente gestabat intorto.

¶ De Perseo.

PErseus etiam filius Iouis inter deos an-
numeratus est: q rex asiæ diues & præ-
potens: q & nauibus multas regiones transi-
uit: & aphricã debellauit: q & tres sorores il-
lud regnũ tenentes sua sapientia occidit: quę
gorgones dictę sunt: quę unum solũ oculũ ha
bentes homĩes se aspiciẽtes uertebãt in saxa.
Hic enim tali imagine figurabat᷑. Erat homo
iuuenis alatus & uolans quasi nauis discurrẽs
& alaꝝ utẽs uolatu: cui assistebat Minerua sa
pientiæ dea. Hic uero armatus cristallinũ scu
tum ante oculos deferẽs telo falcato tres fœ-
minas uirgines. s. ipsas gorgones ꝺcollabat. s.
Stemonem: Euryalẽ & Medusam: & hę post
habebant hoĩes semiconuersos ĩ lapides: hic
caput Medusę ablatũ in hasta deferre uideba
tur: de sanguine uero gorgonum equus alatꝰ
noĩe Pegasus nasci uidebatur: q ungula terrã
fodiens fontẽ erumpe faciebat: q castalius di
ctus musis ad potum productus est.

De Hercule.

Ercules Iouis filius dictus est: quē in deorum collegio antiqui accepunt pp eius quasi īnumeras probitates: quę inferius p singulas depictę sunt. Herculis. n. herocleas qd est uirorū gloria fortiū. Prima igit̃ eius uictoria notabilis fuit: quādo ī nuptiis cētauros ibidem existentes & inebriatos q dominas īmutatas uolebant uiolēter opprimere, claua pro maiori parte mactauit. Vnde reliqui timore perculsi fugierunt. Centauri enim q dicuntur esse semihoīes & semiequi: denotant̃ homines carnali concupiscentia facti ut bestiæ: qui uirtute animi superantur.

SEcunda uictoria herculis notabilis fuit: qa ipe dr̃ pugnasse cū leone: ipmq3 clauā mactasse: & interempto pellē abstulisse dr̃: quo deinde spolio incessit semp indutus in signū uictorię perceptę. In quo etiā ostētat̃ āni fortitudo: cōtra quam nulla uis corporea præualet: quę semper spolium leonis. i. uim uirtutis defert.

TErtia herculis fortitudo est: de qua scribitur sic. Almentius Rex greciæ Alcestem habuit coniugē: & dum infirmaretur ad mortem Apollinis miserationem inuocauit:

cui sic rendit nil in hoc ei posse prestare: nisi aliquis ex propinquis eius se pro illo morti uoluntarie offerret: quod uxor eius libenti animo fecit: & se ipsam interemit: quod Hercules prospiciens & mulieris tante fidei compassus ad inferos descendit: & Cerberum tricipitem sibi ad hostium inferni resistentem triplici uinctum catena: uidelicet: singula singulis faucibus intorta ab hostio abstraxit: & Alcestem ex inferno reduxit. In quo denotatur: quia ratio & uirtus animi omnes cupiditates & uitia terrena deuicit: & maxime uitium gule: quod habet tria capita: eo quod gulositas tria exigit. s. abundantia in quantitate: assiduum in tempore: quae omnia uirtus superat: & siquid ex infirmitate animi deuictum fuerit: etiam ab inferis abstrahit.

QVarta fortitudo Herculis scribitur: quia dicitur hesperides spoliasse: quae fuerunt Atlantis regis aphricae filie. Hae hortum habebant: in quo erant mala aurea Veneri consecrata: ad quorum custodiam draco nunquam dormiens positus erat. Quae poma Hercules abstulit occiso dracone. Nam uirtus animi non potest fructum capere uirtutum: nisi malitia prius interimatur que iugiter uigilata custodiam uitiorum.

QVinta herculis fortitudo est: qua hydram serpentem occidisse legitur. Fuit autem hydra

iuxta fabulam ĩ lerna palude:cui uno cęſo capite duo excreſcebãt:quã dum Hercules gladio uĩcere nõ poſſe ſe cerneret occaſione iam dicta capitũ excreſcentiũ:igne circa eam appoſito illam exuſſit. In quo intelligitꝫ ꝙ lucus fuit ęmonię:cuius aquę uicinas ciuitates uaſtabãt:in quo uno meatu recluſo plures irrumpebant. Hercules uero multa uicina loca in circuitu exuſſit:& ſic aquę clauſit meatus. Nam & hydra hydir quod eſt ab aqua ducta eſt.

SExta uictoria eſt eius quam obtinuit de Acheloo:de quo fabuloſe dicitur ꝙ hic Achelous filius fuit Thetidis deæ aquaꝝ:cui mater conceſſerat ut cũ aduerſario pugnans quancunq; formã uellet ſummeret:q contra Herculẽ ſecũ pugnaturũ formam tauri ſilueſtris induit: cũ quo diu Hercules pugnãdo ei tandem cornu dextrũ euulſit:qđ & copię deę diuitiaꝝ dedicauit: ſed cum Achelous ad fluuium bibiturus acceſſiſſet uidens in aquis ſibi ablatũ cornu ſe ipm̃ in flumine prędolore ſuffocauit. In quo intelligitur ꝙ Hercules fluminis qui dicitꝫ Achelous:cuius eruptiones non modice agros obruebãt:dum alteꝝ eius alueum exſiccaſſet:ſua induſtria fertile; reddidit regionem: & ſic fructuũ copiam pręſtauit.

Septĩa herculis fortitudo ẽ: õ qua ſic ſcribit᷑. Erat in Italia qdã latro noĩe Cacus qui dum hercules ad Italiã deueniſſet: & ab Euandro rege officioſe receptus eſſet bobus aduectis ex hiſpania Gerione perẽpto: dum hercules boues ĩ paſcuis cuſtodiret: & ſomno oppreſſus dormiret: Cacus eo dormiẽte ſecurus exiens õ ſpelũca in qua latebat: plures ex bobus rapuit: quos per caudam uerſos capite traxit: ne ex rectis eorꝝ ueſtigiis humo preſſis quo ducti eſſent: deprehendi poſſet: quin potius illos abiiſſe uideret᷑. Verũ excitatus hercules & furto comperto ueſtigia uerſa decernens eaq; inſecutus ad antrum ꝑuenit: & Cacum ſuis bobus latitantem repperit: quem claua peremit fumũ & nebulã eructãtẽ bouesq; redemit. Moraliter aũt Cacus malus ĩterpretatur qui latet in ſpelunca: quia nunquã malitia liberę frõtis eſt. Hercules aũt. i. uirtus malos interficit: & ſua uẽdicat: ſed Cacus fumũ & nebulam emittit: quę uiſui nocẽt: quia malitia ſemper occultas deceptiones molit᷑.

Octaua herculis uictoria ſcribit᷑: qa aliũ malum noĩe Diomedem mactauit: qui hoſpites aduenas benigne recipiebat: & illis hilariter miniſtrabat: uinoq; condito inebriabat: dumq; graui ſomno eſſent oppreſſi: illos

occidebat: & equabus suis ĩ pastum prębebat. Quo compto illuc hercules accessit: & illum claua pemit: ipmq3 in pastum eisdẽ suis equabus apposuit. In quo notat̃ qualiter uirt9 omnium maculam supat: & eadem pœna punit uitium in quo delinquit.

NOna herculis huiusmodi scribitur uictoria. Anteus erat gigas fili9 terrę: cui mater concesserat ut quotiẽs terrę prostratus occumberet: uiribus duplicatis exurgeret. Cum hoc hercules pugnãs in luctã eumq3 bis prosternens comperuit illum exurgere fortiorẽ: unde illum brachiis apprehendens eleuatum a terra constrinxit ad pectus: & tantũ tenuit suspensum: donec deficiens expiraret. Ponitur aũt Ante9 sub forma libidinis: nã anteon grece latine contrarium sonat: & nascitur libido de terra: quia de carne concepta: & tactu terrę fortior redditur: quia libido tactu ualidior excitatur: sed a gloriosa superatur uirtute: quia denegato tactu ad altiora uirtutum mens eleuata libidinis concupiscentiam extinguit.

DEcima uictoria eidẽ herculi ascribit̃ de apro. Erat.n. aper terribilis ĩ regione calidoniæ qui non solum segetes deuastat: sed occurrentes homĩes dentibus lacerabat. Con

tra hunc procedens hercules & dudum cum eo pugnans illum tandem claua mactauit: & quem plaustrum iugatis bobus trahere nequiuit pręmagnitudine: subiectis humeris ipsum in ciuitatẽ omnibus mirãtibus detulit. In quo similiter notatur animi uirtus: quæ omnia superat: et uincit.

UNdecima uictoria est: qua de Gerione rege hispanię triumphauit. De quo scribitur ꝙ ip̄e Gerion habebat canem bicipitem quo oẽs superabat. Hũc hercules (ut fingit᷑) olla ærea pugnans deuicit: cui adhibito cane cũ etiam dudũ pugnassꝫ: canem occidit: & regnum Gerionis obtinuit. In quo notat᷑ allegorice ꝙ dictus Gerion duorum capituꝫ canem habuit: quia terrestri & nauali prœlio plurimum potuit. Ad eum Hercules olla ærea uectus accessit: quia nauẽ habuit fortem in qua nauigauit armis æreis munitaꝫ: cuius canem occidit: quia potẽtiam eius cõminuit terra & mari: eiusqꝫ obtinuit regnum.

DVodecima & ultima Herculis fortitudo legitur talis. Fuit quidã gigas Atlas nomine in hispania in mõte altissimo cælum ip̄m contingente: q cælũ ne caderet humeris sustinebat: & sidera siquę cadebant: malleo fixa cęlo reponebat: q̊ cum accessissꝫ hercules

ille qui audierat õ fortissimis illius uiribus: ro-
gauit eum ut quia fessus erat cęlum sustinēdo
ipsum aliquanto iuuaret donec quiesceret: qđ
hercules libēter annuit: & humero supposito
cęlum sustinuit: in quo intelligit᷑: qa ipe Atlas
astrologus peritus fuit: & ideo cęlum dicit᷑ su
stentasse: & sidera cadentia cælo reposuisse.
Hercules etiā fuit astrorꝝ artis multū edoctꝰ:
qui scientię cōprehendendę plenus gratia ad
ultimos terrę fines accessit: & cū eodē Atlan
te de scientia cōferens illum ī aliquibus iuuit:
& dicit᷑ opem impēdisse ad cęlū sustentandū

¶ De Cerre.

Ceres dea īter oēs deos deasqꝫ ueterum
ultimo ī ordine posita est: eo ꝙ eius suf
fragium omni humanę uitę potissime ueterū
esse uidebat᷑. Dicit᷑ enī dea frumēti & segetū
ac generaliter omniū seminū ac frugum quę
terra producit: sine qua spetialiter natura de-
ficeret: ideoqꝫ taliter pingebat᷑. Erat enī in fi
gura unius matronę pręcinctę & pānis & cal
ceis ad modū rusticanę sedens sup bouem: q
est animal culturę terrę deputatū: quæ manu
dextra habebat ligonē ad terraꝫ uertendā: &
ad brachium habebat appensum calatū cum
seminibus. Ab ipo quoqꝫ latere dextro habe-
bat duos agricultores: quorꝝ unꝰ ligone terrā

uertebat:& alius ſemina ſpargebat. In manu uero ſiniſtra Ceres tenebat falcē mēſoriā & baculū ad terrendū frumentū: a quo etiā late re erant duo alii agricolę: quorū unus metebat & alius frumēta cū baculo triturabat. Erat er go Ceres inter duas arbores pomis onuſtas: a latere uero dextro deſup erat Iuno dea nubiū imbrem ſpargēs ſup ſata: a ſiniſtro uero erat Apollo. i. ſol ſuis radiis ſegetes exiccans me tendas. FINIS.



Rublica capitulorum opuſculi huius.

